



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniae, 1656**

§. 54. Et dedit eis. v. 22

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45533**

nem ne frangito: hoc est amicitiam ne dissoluito. Verum quia summa illa amicitia, quæ erat inter Corpus & animam Christi, dissolueri da per mortem erat, ideo panem frangere voluit. Et ut ostenderet sub vna consecrata hostiæ particula æque sumitotum Christi Corpus, atque sub hostiâ integrâ, & tantum esse sub fragmento quantum toto regitur: veteres icturi fœdus hostiâ tractabant & in duas partes dividebant, atque inter eas transibant, ut is qui fœdus violaret, non secus ac hostiâ illa mediis scinderetur.

**H**æc cogita mi Christiane cum ad hoc sacramentum accedis: nonne accedis ut inime cum eo vniaris? nonne velut amicus ad amicum Deum ire profiteris? videris ergo, qui occultam in pectore geris simultatem, peccatum inquam quo velut gladio Deum perimere tentas. Sane Iudas (si vt aliqui volunt sumpsit Eucharistiam) indignæ sumpsit, ideoque non mirum si suspendio cepit medius, & in sempiternum diuitus est à Domino?

§. 54. Et dedit eis. v. 22.

Non solum in signum veri amoris vti hodie communicaturis datur, (quem enim amamus illum participantem facile facimus & libenter omnium quæ habemus: siquidem verus amor nunquam quiescit, laborat semper, & conatur omni modo benefacere illi quem amat, vt fiant ambo quasi vnum cor & vna anima) sed etiam in signum extraditionis cum potestatis communicatione ad tractandum & pro alijs efficiendum hoc Sacramentum, uti hodie fit in ordinandis à tempore Apostolorum accepto more.

**G**ratias igitur tibi agimus Christe Deus noster quoniam dignatus es nos participes facere Corpori & sanguinis tui in remissionem peccatorum: imo amplius quod Sacerdotes tua vice functos instruisti proinde rogatus, vt quod quondam ex pura Virginis Matris carne assumi sisti Corpus, nos in suscipere & tractare velimus; vt mystici ipsius Corporis membris insiti, spiritus & gratiæ impleamur & regamur donis.

§. 55. Et ait illis sumite. v. 22.

Sæpius antea comederat bonus Iesus cum discipulis, sed nunquam tali modo, quo nunc; ait; *Sumite, aut, desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum*: nam ante hæc edebat cum ipsis agrum assatum & panem azymum figurantem: in hac autem cæna non figuram amplius sed veritatem & semetipsum dare in cibum discipulis intendebat: nempe Agnum illum, qui tolleret peccata mundi, hunc offerri & sumi mandabat: carnem nostram & sanguinem hæctenus assumpserat, vt facilius nobiscum conuersari & nos

E

attrahere